könne, an niemanden, als an ihn zu bezahlen; ja wenn an demselben Verfall-Tage sich niemand angiebt, die Bezahlung zu fordern, er Kraft dieses pertinenten Aviso oder Confirmation, der Betrassirte, zu persuadiren sey, ihm die Vergnügung gegen Caution zubezahlen, oder den Belauf des Wechsel-Briefes nantire und verpfände, oder bey Verweigerung von beiden, man wieder ihn pro-  
 protestiren könne. Porro §. 13. legitur etiam hoc: Ein Trassirer oder Remittent, vor Rechnung eines Tertii, mus auch denjenigen, vor wessen Rechnung trassiret, oder remittiret worden, prompt und unverschobenen Aviso geben, wohin, an wem, in was Summa, auf was Zeit zubezahlen sey, ingleichen in was Cours oder Werth die Parthey gewechselt, und vor wieviel er davor gecreditiret worden. Denique §. 15. occurrit etiam hæc constitutio: Derjenige, so einen Wechselbrief S. P. acceptiret, es sey solcher der Betrassirte selber oder jemand anders, der mus ohne Verweilung bey der aller ersten Gelegenheit, solches demjenigen avisiren, wem zu Ehren er den Wechselbrief S. P. acceptiret hat, und demselben dem Protest-Actum zusenden. Vid. IO. PHOONSEN *Amsterdamer Wechsel-Gebrauch cap. VII. in SIEGEL. Corp. I. Camb. P. II. p. 246. - 249.* In nulla sane Ordinatione cambiali plures casus intuitu litterarum avisoriarum proponuntur ac definiuntur prolixius, quam in PHOONSEN *Vsu cambiorum l. c.* Operæ sane pretium foret, si aliquis juris peritus *Amstelodamensium* in hoc caput commentariolum distincte conscribere anniteretur, earumque vsum practicum singulis casibus testaret & illustraret.



## §. 40.

Cæterum in Dn. I. E. B. Gründlichen Vnterricht im Wechsel-Sachen zum besten junger Leute, die sich dem Handelstand widmen, entworfen, Cap. V. Fr. 8-13. p. 58. brevis & dilucida delineatio de litteris avisoriis, earumque usu ac exemplis sistitur, vbi & lector junior semet ipsum instruere possit.

## §. 41.

HENR. BROCKES in collegio secundum seriem *Pandectar. Lib. XIX. tit. V. §. 34. p. 238.* asserit quidem: *litteris de aviso* opus non esse, si trassans ac acceptans *mutui creditores & debitores*, cum sufficeret, addere cambialibus litteris: *Stellets a conto.* Verum enim vero, cum plures aliæ rationes usum ac commodum litterarum avisoriarum suadeant, ob solum *mutuum debitum & creditum* istæ cessare nequeunt, nam in istis etiam ipse *presentans* vel *indossatarius & summa exsolvenda* designatur, quin imo istarum usu etiam *falsum* declinari potest. Earum sane usum legumlatores non adeo commendassent ac inculcassent, nisi iste in re cambiali attendi ac applicari debuisset.



EXERC. IUR. CAMB. IX.  
DE LITTERIS COMMENDATITIIS.

SECTIONIS II.

E L E N C H U S

DE

LITTERIS COMMENDATITIIS CAMBIORUM  
von ADRES-BRIEFEN, oder ADRES-BILLETTS  
beyn Wechselbriefen.

- §. 1. Descriptiones litterarum commendatitiarum cambiorum.
- §. 2. *Phooseni* descriptio earum.
- §. 3. Utilitas & usus earum.
- §. 4. Possunt tesseris collybisticis inscribi; cautius tamen peculiari scheda consignantur.
- §. 5. Eorum usus, si *trassatus* aut *indossatus* acceptationem deneget.
- §. 6. Quid presentanti, si eadem litteræ ad plures amicos trassantis vel indossantis directæ, incumbat.
- §. 7. *Præsentantis* cura circa easdem adhibenda.
- §. 8. *Remittens* cambium ad extraneum sine litteris commendatitiis *Amstelodami* recipere non tenetur. Quamdiu declaratio a tertio differri possit.
- §. 9. *Inventus* vero tertius has acceptare non obstringitur.
- §. 10. *Iusto* autem tempore sunt præsentandæ tertio, ut se ad eas declaret.
- §. 11. *Singularis* acceptatio istarum non exigitur. Quid autem præsentanti circa istas incumbat, videas.
- §. 12. *Acceptor litterarum* commendatitiarum fit trassantis vel indossantis *mandatarius* & ad solvendum devincitur.
- §. 13. Quid jure *Bremensi* præsentanti circa has litteras commendatitias observandum.
- §. 14. Item Iure *Hamburgensi*.
- §. 15. Item Iure *Francofurtano ad Moenum*, & ibidem intuitu litter. commenditiarum *Iudæorum* extraneorum.
- §. 16. Item quid in *Dynastia leverana* præsentantis officium.
- §. 17. Item in Regno *Svetico*.

- §. 18. Etsi præsentanti ipsi litteras cambiales acceptatione honorare liceat, commendatus tamen *Norimbergæ* præfertur.
- §. 19. Idem obtinet *Augustæ Vindelicorum*.
- §. 20. *Bolzan* idem introductum est.
- §. 21. Si commendatus litteras commendatitias non acceptet, vel non solvat, *protestatio* diversis in locis est interponenda.
- §. 22. *Franckio*, cui hæc protestio non necessaria videtur, respondetur.
- §. 23. Si commendatus acceptor cambii non solvat, protestatio quoque est adhibenda.
- §. 24. Commendato non solvente præsentanti regressus ad trassantem vel indossantem patet, nisi præsentans commendatum simpliciter acceptaverit.
- §. 25. Si commendatus litteras cambiales acceptet, in locum *Trassari* vel *indossari* intrat, & fit trassantis vel indossantis *mandatarius*; & debitor præsentantis, atque regressu ad honoratum fruitur.
- §. 26. *SIEGEL* asserit, casum, quo commendatus cambium honoret, raro accidere & obvenire.
- §. 27. *Commendatio* etiam describitur, quæ vel *generalis* vel *specialis*.
- §. 28. Sola commendatio *generalibus verbis* facta non obligat commendantem, quod illustratur lege *Saxonica*.  
(\* ) litteræ commendatiæ *generales* etiam *mercatores* non obligant, nisi *statuta* loci tale quid expresse constituent.
- §. 29. Alia est ratio *specialis* commendationis, quæ commendantem obligat, quod exemplis illustratur.
- §. 30. Quid *specialis* sit commendatio? in dubio iudex determinat.
- §. 31. *Specialis* commendatio *intercessionem actualem* involvit; commendanti tamen competit exceptio *excussionis* s. *ordinis*.
- §. 32. Commendans maxime obligatur, si *dolose* aliquem alicui commendaverit.
- §. 33. Talis casus *dolosus* indicatur.
- §. 34. Ex *mendacio* dolum arguere est magnum onus.
- §. 35. Promissio *pro certo fine* cum commendatione facta *extra illum* non devincit.
- §. 36. *Specialis qualitas* in re vendita prædicata. est præstanda.
- §. 37. *Petitio* in commendatione *speciali* semper intercedit *pro favore* personæ commendatæ.
- §. 38. Actio *mandati* ob specialem commendationem adversus commendantem locum habere potest.
- §. 39. In subsidium commendans tantum ei obstringitur, ad quem commendationem direxit.

## S E C T I O II.

DE

LITTERIS COMMENDATITIIS CAMBIORUM  
VON ADRES-BRIEFEN, ODER ADRES-BILLETTS  
BEYN WECHSELBRIEFEN.

§. I.

Litteræ commendatitiæ, *Adres-Briefe*, *Andres-Billet* sunt litteræ a trassante vel indossante ad presentantem missæ, quibus tertius brevibus verbis rogatur, ut, si forte is, cui mandata est solutio, cambium acceptare deneget, ipse rogatus honorariam de sua numeret pecuniam, seu, ut cambium per honore di lettera acceptet. Die Adresse ist eine schriftlich Anweisung bey Wechseln, wodurch der Trassante dem Remittenten anzeigt, bey wem er sich, oder sein præsentant, in entstehender acceptation oder Zahlung zu melden habe. De his litteris commendatiis commentatur KOENIGK ad Ord. Camb. Lipsiensen §. 17. annot. p. 57. d. hunc in modum. Ist er (der Tertius) vor dem Trassanten darzu ersuchet worden, daß im Fall der Trassate seinen Wechsel-Brief, nicht acceptiren würde, er so dann sich desselben annehmen. Thut er nun dieses, so ist er des Trassantens *mandatarius*, und hat ihm hernach ex capite mandati obligat. Damit aber auch in diesem Falle der Inhaber des Wechsel-Briefes (i e. der Præsentant) solches erfahren möge, bey wem er sich dieser wegen anzumelden habe, so wird ein Zettelchen an den Wechselbrief gesteckt, und darauf geschrieben: *In Ermangelung acceptation oder Zahlung, ist sich bey Herr Mevio in Leip-*

*Leipzig anzumelden.* Was nun in diesem Stück des *Trassantiens* wegen geschieht, eben dasselbe geschieht auch zum öftern derer *Indossanten halber*, massen diesen wegen ihres *Giro* soviel, als jenem wegen ihres Wechsel-Briefes daran gelegen. Denn wenn ein girirter Wechselbrief von dem *Trassaten* (*Indossaten*) nicht acceptiret und bezahlet wird; so muss ein *Indossant*: dem andern nach dem 19. §. der hiesigen (*Leipziger*) Wechsel-Ordnung dafür stehen und haften. Geschicht es nun, das ein *Indossante* befürchtet, der Wechselbrief möchte nicht acceptiret, oder bezahlet werden; so heftete er ebenfalls ein *Zettelchen* daran, und schreibet darauf: *In Mangelung der Acceptation oder Zahlung ist sich wegen Titii giro in Leipzig bey Herru Mevio zu melden.* Hactenus KOENIGK. *Eiusmodi litteræ commendatiæ hinc inde prostant v. gr. In unverhoffter Entstehung der Acceptation oder Zahlung hat man sich bey Herrn Hofenackern in Braunschweig zu melden. Item, In unverhoffter Entstehung der Zahlung ist sich wegen Hansi giro bey Herrn Jordan, Kaufmann in Bremen zu melden.*

## §. 2.

IO. PHOONSEN im *Amsterdamer Wechsel-Gebrauch cap. XXIV. §. 3.* describit commendationem litterarum cambialium ita: Die Adresse auf einen Wechselbrief wird genennet das Zeichen, das der *Trassirer* oder *Acceptant* auf selbigen macht, und worinnen blos enthalten, bey wem des Orts, auf welchen gewechselt wird, und da die Zahlung geschehen muss, am Verfall-Tage die Bezahlungzufordern, oder sich anzugeben habe. *Vid. SIEGEL Corp. I. Camb. P. II. p. 249.*

## §. 3.

Quum providi campforis omnino interfit, litteras cambiales commendatione quadam vel in ipsa cambii, vel, quod etiam prudentius, in separata schedula in tertium quendam directa, quae stilo Campforum *Adres-Zettel* audit, comitari, ea potissimum intentione, ut, si litteræ cambiales acceptatione ac solutione a trassato vel indossato non cohonestentur, ab alio subsidiario honorentur adimplemento.

§. 4.

Hæ litteræ commendatitiæ possunt quidem tesseri collybisticis iuscribi, quod tamen nec suis commodis, nec incommodis caret; multa tamen cautius peculiari schedula consignantur, quæ acu vel alia ratione cambio adnecti solent; STRYK d. *Caut. Contr. Sect. III. cap. 5. §. 13.* FRANCK *Inst. I. Camb. Lib. II. S. 2. Tit. 5. §. 3. p. 76.* nihil tamen obstat, quominus *per separatam schedulam* a trassante vel indossante subscriptam *ad præsentantem* transmittantur. Si enim trassatus vel indossatus hanc commendationem animadvertat, diffidentiam exinde in se positam infert, atque adeo *acceptationem* eo promptius celerat, vel etiam recusat.

§. 5.

Quodsi litteræ cambiales a trassato vel indossato adimplemento debito non honorentur, ac protestatio a præsentante fuerit interposita, exactoris s. præsentantis officium est, illas una cum commendatiis litteris tertio commendato præsentare, eundemque ad suppetias ferendas invitare ac rogare, ut eas in honorem commendantis acceptet

ceptet ac solvat. *Vid. FRANCK. disp. de jure adimplemen-  
ti litter. cambialium honoris causa §. 17. p. 36. lit. e.*

§. 6.

Litteris commendatitiis ad plures amicos trassantis  
vel indossantis directis, unum post alterum suscitare ac  
rogare tenetur præsentans, an quis cambium in honorem  
commendantis acceptare & solutione honorare velit.

§. 7.

Quam curam a præsentante sine præjudicio non omit-  
ti, ex *judicio mercatorio XCIV. quod Parere dicitur*, con-  
stat; ubi pronunciatur; Wenn an einem Wechsel-Brief  
Billets geheftet, wo in Mangel der Richtigkeit sich zu  
melden, und der Inhaber erkundiget sich alda nicht, so  
büffet er den Regress ein. *Vid. SIEGEL. Corp. I. Camb.  
P. II. p. 109.*

§. 8.

Iure AMSTERLODAMENSI cambiali *cap. XXIV. §.  
2. remittens cambium ad extraneum a trassante sine litte-  
ris commendatitiis recipere non obstringitur. Der Geber  
ist nicht gehalten Wechsel-Briefe auf einen auswärtig woh-  
nenden, sonder Adresse, anzunehmen, in specie, wenn auf  
einige Zeit Nachsicht oder auf Ufo gewechselt worden,  
und Ufo vor einige Tage Nachsicht gerechnet wird; es  
sey denn bey Schliessung der Parthey expresse bedungen  
worden, daß der Trassirer auswärtige Briefe geben solle.*  
*Io. PHOONSEN Amsterdamer Wechsel-Gebrauch Cap. XXIV.  
§. 4. etiam porro constituitur: Derjenige, an dem ein*  
F Wech-

Wechsel - Brief durch den Trassirer adressiret wird, ist nicht gehalten *selbigen zu acceptiren*; und derjenige, an den ein Wechsel - Brief durch den acceptanten von ihm bezahlet zu werden *adressiret wird*, ist nicht gehalten, *vor dem Verfall-Tage* sich zu erklären, ob er *selbigen bezahlen* werde oder nicht, auch darf er sich keinesweges wegen der Bezahlung obligat machen. *Vid. SIEGEL. Corp. I. Camb. P. II. p. 294.* Litteris itaque cambialibus cum commendatitiis ab exactore oblatis Amsterlodami potest tertius quidem voluntatem suam statim declarare, neque tamen ad id *ante diem solutionis* obstringitur.

§. 9.

Quum nullus commendatione sola *contra voluntatem* ad acceptationem cambii obligetur, etiam *tertium* litteræ ad eum directæ commendatiæ non obstringunt, atque ab eo mandatum suscipere *invitus* non tenetur.

§. 10.

Litteræ hæ commendatiæ recto tempore sunt præsentandæ tertio, *quo neglecto*, præsentans amittit *regressum* adversus trassantem vel indossantem. *Vid. KOENIGK ad Ordin. Camb. Lipsiens. §. 17. annot. 3. p. 57. & in SIEGELII Corp. Iur. Camb. P. I. p. 32. Et Parere 94. in SIEGELII Corp. I. Camb. P. II. p. 109.*

§. 11.

Si quis ad solvendum commendatitias acceperit litteras, singularis acceptatio non exigitur, nec necesse est, *ut in cambio vel in protesto* aliquid de eo commemoretur.



tur. KOENIGK *ad* §. 17. n. 12. p. 59. & SIEGELII *Corp. I. Camb. P. I. p. 33.* Unde in *Parere XXXIX.* in SIEGELII *Corp. I. Camb. P. II. P. 42.* dicitur: und wer seinen Giro per honor zu acceptiren, recommandiret, der versiehets nicht, wenn gleich im Protest keine Meldung geschiehet vor wem der Wechsel eiugelösset worden. Attamen acceptanti incumbit curare, ut protestationis instrumento inferatur, in cujus honorem acceptatio & solutio sit perfecta. SIEGELII *Introd. in I. Camb. Cap. IV. 30. in Corp. I. Camb. §. 11. p. 427.*

## §. 12.

Ille, qui interventu litterarum commendatitiarum cambium acceptat, fit trassantis vel indossantis *mandatarius* & ex suscepto *mandato* ad solvendum obligatur, Ergo inter talem acceptantem & trassantem *mandatum* contrahitur. *Conf. LYNCKERI disp. de commendatione speciali Cap. IV. §. 16.* Quum itaque acceptatio ex pacto cum trassante vel indossante ineundo dependeat; *tertius* ad acceptationem & solutionem de suo faciendam *invitus non obstringitur*, sed eius arbitrio relinquitur, num acceptare & dependere vel recusare velit.

## §. 13.

Licet præsentantis arbitrio *articulo XXIV.* juris Cambialis BREMENSIS relinquatur, an tertium in honorem trassantis vel indossantis soluturum recipere velit vel minus; id tamen cessat, quoties ei per litteras commendatitias *certe personæ* sunt designatæ, a quibus acceptationem cambii honorariam sollicitare debeat; quibus autem

eam denegantibus, *protestatio* adversus has litteras *commendatitias* (Adresse) etiam interponenda est, hasque expensas protestationis *trassans* vel *indossans* presentanti vel indossatario restituere tenetur. *Articulus citatus* rem ita proponit: Iedoch stehet es in des *Inhabers* Belieben, ob er einen solchen *Dritten* welcher sich zur *acceptation* offeriret, annehmen wolle; oder nicht, es wäre dann, das er durch eine Adresse dieses ohngeföhren Einhalts: *Mangel verböhender Richtigkeit ist selbige bey N. N. zu finden*, dahin verwiesen würde, auf welchen Fall, und da auch mehr Adressen gegeben wären, der *Inhaber* bey denen darinnen benannten *Personen*, wegen der *Acceptation* sich anzugeben, und dieselbe zuverlangen hat, da aber auch daselbst die *Acceptation* und folglich seine *Bezahlung* nicht erhalten würde; ist er auch *gegen solche Adressen zu protestiren gehalten*, wie denn auch der *Ausgeber* des *Wechfels* auch diese *Protest-Kosten* zuerstaten schuldig. *Vid. SIEGEL. Corp. Iur. Camb. p. 371.*

## §. 14.

*Ius cambiale*, quo cives Reipl. HAMBURGENSIS gaudent vtunturque, etiam litterarum commendatitiarum mentionem intuitu cambiorum a tertio aliquo honorandorum *Artic. 28* facit, ita cavens: Wenn bey einem *Wechsel* eine oder mehr *Neben-Adressen* gegeben werden, soll der *Einhaber* bey ermangelnder *Acceptation* oder *Bezahlung*, auch zugleich *gegen solche Adressen protestiren*, so ferne sie die *Acceptation* oder *Bezahlung* weigerten, wie denn der *Ausgeber des Wechfels* alle solche *Protest-Unkosten*

sten ohnweigerlich zubezahlen schuldig seyn soll. Vid. SIEGEL. Corp. I. Camb. p. 419.

§. 15.

Neque Ordinatio Cambialis FRANCOFURTANA  
 ao. 1739. renovata argumentum de litteris commendatitiis ad  
 præsentantem cum tesseris collybisticis simul transmissis  
 silentio præterit, §. 15. fanciens: Demnach seit geraumer  
 Zeit die *Address-Zettelchen* sehr in Uebung kommen, und  
 vorsichtige Handels-Leute bey einem Wechsel-Brief  
 öfters zu ihrer Sicherheit, *Addressen*, wo man sich bey  
 ermangelnder Acceptation oder Zahlung *weilers anmel-*  
*den solle*, anzuhängen pflegen; So lassen wir es dabey  
 dergestalt bewenden, dafs, wenn bey einem Wechsel-  
 Briefe ein oder mehrere *Neben Addressen* angegeben wer-  
 den, der Inhaber bey ermangelnder Acceptation oder  
 Zahlung zugleich bey solchen *Addressatis sich anmelden*,  
 und bey verweigerter Acceptation oder Zahlung gegen  
 dieselben *bey Verlust der Retour-Spesen, protestiren lassen*  
*müsse*; dahingegen *ein jeder*, so dergleichen *Address-Zet-*  
*tel anhänget*, die auf Anmeldung wegen seines Billets  
 gegangene Protest-Spesen zubezahlen ohnweigerlich  
 schuldig seyn solle. Et §. 20. simul constituitur: noch  
 der ienige, an den *der Brief adressiret ist*, in des Ausstel-  
 lers Nahmen acceptiren will, muß derselbe auf den Ver-  
 fall-Tag protestiret werden. Conf. Dn. UHLII Cont. I.  
 Corp. I. Camb. SIEGELIANI p. 77. & 79. FRANCOFURTI  
 ad Moenum sæpenumero etiam acciderat, quod *Iudæi ex-*  
*teri litteras cambiales iu semet ipsos directas schedula com-*  
 *mendatitia instructas Francifurtensibus mercatoribus com-*  
 men-

mendarent; qui, cum credidissent, fore, ut tempore solutionis *Iudæus debitor* ipse adesset, ac solveret, aut forsitan alii acceptationem & solutionem, præstitis antea præstandis, demandaret, vana autem spe sese postea lactatos vidissent, & solutionem possessoribus litterarum cambialium denegassent, aliter fieri non potuit, quam ut querelæ & molestiæ subinde enascerentur. Casibus eiusmodi existentibus, amplissimus senatus FRANCOFURTANUS in *Ordinatione Cambiali d. ao. 1739. §. 16.* sancire consultum duxit, ut possessores talium schedularum sibi beneficio protestationis *pridie ante præscriptionis diem* interponendæ consulere, Iudæorum autem abusum ac negligentiam circa schedulas *commendatitias* coarctarent, prout sanctio cambialis *loco citato* enunciat: Wenn aber fremde Iuden auf sich selbst ausgegebene Briefe an hiesige Christliche Comtoirs mehrmalen adressen, und dadurch vorspiegeln, als wenn sie bey der Verfallzeit selbst auf besagtem Comtoir eines Christlichen Handelsmanns zu finden seyn würden, solches aber doch in der That nicht erfolget, noch weniger sie wegen der Acceptation dieser WechselBriefe Ordre stellen, sondern das äußerste was sie thun, darinnen bestehet, daß sie *den letzten Respect-Tag* das Geld mit dem Post-Wagen anhero schicken, immittelst aber der Innhaber immer in der Ungewisheit bleibet, ob er Brief werde bezahlet werden, auch von dem Christlichen Handelsmann, an den die Briefe adressiret sind, *auf die letzte Stunde keine deutliche Antwort empfänget*; so soll, zu Abschneidung solcher Ungebühr und Unsicherheit vor das künftige, in dem Fall, da dergleichen *girirte Iuden-Briefe auf den Sonnabend vorfallen, und den*

den Freytag vorher weder der Ausgeber sich hier einfindet, und die Briefe selbst acceptiret, noch den Christlichen Handelsmann oder einen andern Iuden bevollmächtiget, dieselbe in seinem Nahmen zu acceptiren, der Innhaber zu protestiren und den *protest di non accettazione* mit der Sonntags-Post wegzuschicken befugt seyn. *Vid. Dn. UHLII Cont. I. Corp. I. Camb. SIEGELIANI p. 78.*

## §. 16.

Ius cambiale Dynastiæ IEVERANAE de litteris *commendatitiis*, earumque usu ac commodo quoque agit, atque, si non acceptantur, protestationi quoque ibidem obnoxia sunt, §. 9, ita sancit: Hätte auch der Trassante, auf den *Miß-Zahlungs-Fall* dem Innhaber des Wechsels *Neben-Adressen* gegeben, wo er allenfalls den Wechsel ferner zu präsentiren; so hat er damit eben so, als mit demjenigen, auf den der Wechsel hauptsächlich gerichtet, zuverfahren, ihnen, *wie sie einander substituiren sind*, denselben zu präsentiren, bey verweygerter Acceptation zu *protestiren* und den *Potest* zu übersenden.

## §. 17.

Ordinatio Cambialis REGNI SUEVICI Art. V. §. 7. cambia trassata vel indossata litteris commendatitiis munita, sed non acceptata, etiam protestatione prosequi jubet, ut präsentans sibi adversus trassantem aut indossantem regressum conservet. Lex ita ordinat: Ist bey einem Wechsel-Brief *eine besondere Anweisung an einen andern Mann beygefüget*, bey welchem der Wechsel-Inhaber

ber sich wegen der Acceptirung des Wechsels anzumelden hätte, im fall derselbe nicht von demjenigen Mann, auf welchen derselbe eigentlich gestellet ist, angenommen würde; jener aber ebenmässig sich weigerte denselben anzunehmen; so soll der Inhaber gleichfalls wieder ihn *protestiren* lassen. *Vid. UHLII Cont. 1. Corp. I. Camb. SIEGELIANI p. 23.*

§. 18.

Subinde Ordinationes cambiales speciatim determinant, si *presentans* litteras collybisticas *acceptatione honorare velit*, eum præ omnibus aliis, nisi pro aliquo litterarum commendatitiarum præsto sint, admitti oportet; prout *Ord. Camb. NORIMBERGENSIS cap. 2. §. 4.* sigillatim constituit: Daferner aber der Inhaber solcher Honorirung selbst thun wollte, so gebühret ihm der Vorzug vor dem Tertio; es wäre denn, daß diese Honorirung wegen eines frühern Giranten oder des Trahenten selbst, thun wollte. Quæ autem constitutio *Cap. IV. §. XI:* hac cum limitatione iteratur. Woferne nicht der Wechsel-Brief an jemanden *recommandiret* wäre, der solchen *per honor di lettera* oder del Giro einlösete. Ergo commendatus prælatione frui potest.

§. 19.

Neque ab antegressa dispositione cambiali aliena est *Ordinatio Cambialis AUGUSTANA*, qua *Cap. VII. §. 1.* cambiis a trassato aut indossato non acceptatis, protestatione vero munitis, deinde presentanti eadem honorandi per accep-

acceptationem ius indulget, nisi quis tesseris *commenda-*  
*titiis* ad eadem honoranda sit requisitus, Die Verehrung  
 der protestirten Wechsel-Briefe - - gebühret erstlich der sie  
 einzubringen - - - Da nun dieser nicht honoriren wolte,  
 mag er anderwärts am Platz nachfragen - - es wäre  
 denn, das derselbe an *jemand anders recommandiret*, wel-  
 chem in alle Wege der Vorzug gebühret, *von demselben*  
*folll in Zeiten* die Zahlung geleistet werden, dieser auch die  
 Provision zu geniessen haben. *Vid. SIEGEL. Corp. L.*  
*Camb. p. 324.*

## §. 20.

Siquis commendatitiis tesseris, quas cambiales *Ad-*  
*dres-Zettel* nuncupant, ad litteras cambiales honorandas  
 fit denominatus, is in acceptatione præfertur præsentanti  
 BOLZANI, modo commendatus ad implementum litte-  
 rarum collybisticarum *honoris gratia* sit paratus ac instru-  
 ctus. BOLZANI singularis protestationum litterarum  
 cambialium præsto est *libellus*, qui etiam cuique merca-  
 torum *per aëluarium* obvius est, ut inde intelligi ac cog-  
 nosci possit, quorum litteræ *protestatione* fuerint munitæ,  
 et, an aliquis easdem *in honorem trassantis* acceptare a-  
 veat. *Vid. Ord. Camb. Bolsanensis Cap. 40. ap. UHLIUM*  
*Cont. I. Corp. I. Camb. SIGELIANI p. 112.*

## §. 21.

Ex præmissis Ordinationibus Cambialibus *Bremensi,*  
*Hamburgensi, Francofurtana, Ieverana, Sverica dispalescit,*  
 denegata vel acceptatione vel solutione a Tertio com-  
 men-

mendatio, protestationem fieri debere sumtibus trassantis vel indossantis. BARTH. Hodeg. Forens. Cap. IV. §. 4. lit. a. p. 776.

§. 22.

Utut Io. CHRIST. FRANCK in disp. de iure ad-  
implementi litterarum cambialium honoris causa. § 17. not. f.  
p. 36 et 37. inficias eat, protestationem hanc esse necessa-  
riam, quia litteræ commendatitiae non essent cambiales; con-  
trarium tamen ipsa lege ita ordinante, verius est. Qui  
enim præsentanti commendatur, is omnino surrogatur  
acceptanti seu trassato aut indossato, surrogatum au-  
tem induit sapitque naturam eius, cui surrogatum.  
Præterea protestatio fit eum in finem, ut protestanti sal-  
vus sit regressus adversus trassantem aut indossantem. Quis  
autem inficietur, hanc rationem et hic locum habere ac-  
tueri? Vid. ANDR. LESERUS in Resol. dubiorum de Camb.  
p. 14. et BARTH. Hodeg. Forens. Cap. 4. §. 4. litt. bb. p.  
776. Interim tamen etiam superflua minus nocent.

§. 23.

Quodsi quis acceptationem honoris ergo præstiterit,  
locumque trassati aut indossati in litteris cambialibus ple-  
ne occupaverit, postea tamen moras in solvendo nectat,  
protestatione omnino opus erit, quod et concedit FRANCK  
disp. cit. p. 38.

§. 24.

Licet intuitu præsentantis, si commendatum ad accep-  
tationem cambii in honorem admittit vel admittere te-  
netur



netur, regressui, solutione non subsecuta, adversus trassantem vel indossantem locus detur: si autem præsentans sibi commendatum talem *simpliciter tamquam idoneum* comprobavit ac recepit; eum tamen minus idoneum deinde experitur, sibi imputabit damnum inde in se redundans. Ergo cautionis pretium est, commendatum non aliter adprobare, quam si adimplementum honorarium plane præstet.

## §. 25.

Quum is, qui litteras commendatitias cambii in honorem trassantis vel indossantis acceptat, in locum trassantis vel indossantis, qui acceptationem recusavit, intret, et non secus quam trassantis vel indossantis mandatarius æstimari ac dijudicari possit; exinde sequitur, quicquid iuris trassato l. indossato cambium acceptanti et solventi alias attribuitur, illud et competere ei, qui *scbedulam commendatitiam cum cambio acceptavit* et solutione honoravit. Ex adverso fit *debitor præsentantis*, cui et expensas protestationis interpositæ restituere ac deinde ad repetitionem pecuniæ cambialis exsolutæ regressum adversus trassantem vel honoratum sumere tenetur. *Conf. Ord. Camb. Borussic. d. a. 1751. art. 68. 56. et 59.*

## §. 26.

Beatus SIEGEL in *Introd. ad Ius Camb. Cap. V. §. 1. (\*)* p. 122. de litteris commendatitiis cambiorum hunc in modum iudicat: die dritte Gattung der Acceptation ist, wenn ein Tertius von dem Trassirer oder einen Indos-

fanten erfuchet worden, im Fall der Trassate nicht acceptire, die Tratte, oder das Giro zu honoriren; allein ein solcher casus träget sich selten zu, daher in Beschreibung des Acceptantens davon nicht gedacht worden. Hactenus SIEGEL. Interim tamen, quum Ordinationes ipsæ productæ istarum litterarum mentionem subinde injiciant, et accidere soleat in puncto, quod non speratur in anno, easdem silentio prætervehere haud consultum fuit.

§. 27.

Commendatio in genere est laudatio, qua personæ vel rei alicuius qualitas *generaliter* laudatur, ut illi benevolentia, huic fides concilietur. Vel ea est *specialis*, qua quis personam aliquam apud aliquem ita insinuat, ut ex verbis vel reliquis circumstantiis appareat, commendantem *periculum negotii* cum commendato ineundi *in se recepisse*. Commendatio itaque specialis, obligationem inducit, atque adeo actioni adversus commendantem locum facit. WERNHER Vol. IV. P. VI. Obs. 372. p. 609.

§. 28.

Sola commendatio *generalibus* verbis facta, qua persona alterius benevolentia insinuat, nec naturaliter, nec civiliter aliquam obligationem producit, veluti, si quis alicui vel *mercatori*, vel *alteri* commendat, *de mutuo dando*, vel *alia de causa*, non obligat commendantem, quia *hic animum se obligandi* deficere in aprico est. L. 12. §. 12. ff. Mand. L. 7. §. 10, quod cum eo, qui in aliena potestate.

*testate.* Aqua regula proinde nec *mercatores* excipiuntur, (\*) generalis enim commendatio est *eine bloſſe Interceſſion.* BERGERI *Oecon. Iur. Lib. 3. tit. 5. th. 34. n. 1. in fin. p. 708.* DECISIO ELECTORALIS SAXON. 42. de hoc caſu ita enunciat: Wenn er aber (Commendans) keine verbindliche Worte gebrauchet, ſondern nur entweder eine bloſſe Interceſſion vor einen andern einwendet, oder ſeinen Fleiß bey der Zahlung anzuwenden verſprochen, ſo mag er auch deswegen *actione mandati* oder *in factum*, oder auch ſonſten beſtändiglich nicht belanget, noch die Zahlung vor einem andern zu leiſten angehalten werden.

(\*) D. VINCENT. BAUMANN *diſp. inaug. de obligatione heredis ex cambio defuncti debitoris §. 14. p. 37. refert.* Denique notandum inter mercatores (forlaſſe Hamburgeniſes) *vim fideiſſionis naſci ex litteris commendatitiis, aut ſi quis debitorem cambialem ſatis idoneum et locupletem adfirmavit.* Haſ commendationes pro mandato haberi, *uſus in emporiis notiſſimus probat.* Aſt quum commendare et mandare differant, uti dicitur in *L. fideiſſiſſ. 11. §. 2. ff. de Legat. III. et L. 19. in pr. ff. d. Aedil. Edict.* Vellem, ut Dr. BAUMANNUS emporia illa indicaret, ubi laudatus uſus inter mercatores inveſtus appareat.

Nec ſum neſcius, nonnullos alios ICTos opinionem eand. fovere. *Vid. IOH. PHILIPPI ad Deciſ. Elect. Sax. Der. 42. n. 30. ſqq. p. 678.* qui etiam tradit: *Si mercator ſit, cui quis commendatur, iſque perſuadeatur ac rogetur per litteras alterius Mercatoris, ut tertio, alias forte ignoto, merces ſuas credat; tum enim dānnum ſentiens, illud propter perſuaſionem tertii recte a perſuadente repoſcere poteſt.* Ibidem n. 34. a PHILIPPO etiam adducitur STATUTUM LUBECENSE, ubi *Lib. 3. de Mandat. conſilii: Vom Befehlich, welcher Rathſweisgeſchiebet, 10. ſic diſponitur: Will iemand einem fremden ſein Gut nicht verkauffen, und ein ander ſtehet dabey, und ſaget: Ihr möget es ihm wohl vertrauen, die Bezahlung wird euch wohl.* Wird der Verkäufer von dem Käufer nicht

nicht bezahlet, so muß derjenige bezahlen, welcher den Fremden loben thut, dadurch der Verkäuffer versichert worden. Ubi locorum tale statutum introductum ac valet, ibi et commendans periculo sua commendatione se exponit. Conf. WERNHER. Vol. I. P. I. Obs. 167. u. 6. p. 238. idem asserens: *commendatio inter mercatores pro mandato habetur: Sed videas sententiam Scab. Lipsiensium, N. 22. p. 218. in SIEGELII Corp. I. Camb. T. II.*

§. 29.

Alia autem est ratio *specialis commendationis* five ea *dolo*, five *verbis enixis* et *ex circumstantiis*, unde mens et voluntas *se obligandi* colligi possit, fiat, veluti, si quis scripserit: *adhibe ei plenam fidem meo periculo; fide ei tanquam viro bono & apud quem nihil est periculi; aut ego faciam, ut tibi creditum rursus solvatur, vel: ut sis extra periculum, & similibus.* Per eiusmodi verba persuasor, si debitor mutui aut cambii solutionem præstare nequeat, de credita summa aut mercibus tenetur, et ad solutionem compelli potest. Idque dilucide expressit *Decisio Saxo-Electoralis XLII.* his verbis: *Wenn einer vorsetzlich und wissentlich eine solche Person, so keine Mittel zu bezahlen, rühmet, und andere Leute, ihme als einen guten Manne zutrauen, und bey dem keine Gefahr sey durch solch Vorgeben zu einem Anlehn oder sonsten credit zu geben beweget, oder verspricht: er wolle verschaffen, dasz der Creditor bezahlet werde, oder doch ohne Gefahr seyn solle; So ordnen und setzen wir, dasz eine solche Person, um dieser Rede willen, woferne der Schuldener die Bezahlung nicht leisten kan, vor die erborgte Summe oder getraute Waaren haften und gelten solle.* Vid. Io. PHILIPPI *Obs. ad Decif. Elect. Saxon. 42. Obs. I. n. 26. sqq. p. 687.*

687. *sq.* Commendans vel litteras commendatitias scribens valde tunc obligatur, si *suo periculo plenam fidem* alicui adhiberi scripserit, quo casu voluntas et animus obligandi a parte *commendantis* adest et adesse debet, adeoque *actio mandati* locum habet per *L. 12. §. 13. ff. Mandat.* SCHNEID. *ad Tit. Inst. d. Mandat. pr. n. 7. Carpz. P. 2. c. 18. def. ult. in fin.*

§. 30.

Quænam vero *specialis* commendatio sit, ubi leges ipsæ eandem non determinant, prudens iudex *ex circumstantiis* æstimare et arbitrari debet.

§. 31.

Cæterum huiusmodi *specialis* comendatio intercessionem *actualem* continere intelligitur. Nam & futuræ obligationi accedere potest fidejussor *I. 3. Inst. de fidej. L. 6. §. ult. ff. eod.* etsi non prius actu obligetur, quamdiu *principalis* obligatio existat. *L. 5. 7. eod. L. 35. d. Iudic. Io. PHILIPPI ad Decis. El. Saxon. obs. 1. n. 43, p. 680. sqq.* Unde consequitur, ut talis *commendator* etiam beneficiis fidejussoris, *speciatim excussionis seu ordinis* gaudeat. WERNHER *P. VI. obs. 495. p. 835. STRYK Us. mod. ff. Tit. Mand. §. 11.*

§. 32.

Commendans maxime obligatur, si *affectata* ejus sit exhortatio & *dolosa* persuasio, seu magna & evidens *calliditas*, qua quis alterius decipiendi causa, aliquem falso ac dolose laudat atque commendat. PHILIPPI *l. c. n. 39.*

p. 679. WERNHER *Obs. select. Forens. P. VI. obs. 371. n. 2.*  
p. 609.

§. 33.

Si commendans *dolose* commendatitias scribat emolumentum & commodi sui causa, male per *L. 5. §. fin. ff. de dolo malo, agit, v. gr. si quis debitorem suum commendat, tamquam divitem & nummosum eum in finem, ut alterum inducat, quo debitori suo certam summam argenti vel auri credat, ex qua solutionem consequi possit; tunc commendantem obligatum esse ex dolo asserere non dubitamus. Mendacium siquidem doli praesumptionem operatur. L. 43. ff. d. Furt. MASCARD. de Probat. Concl. 532. n. 19. adeoque mendacio deceptus doli actione vel exceptione gaudet per *L. 9. §. 1. & L. 37. ff. de dolo malo.**

§. 34.

Ast magnum illi incumbit onus, qui ex mendacio dolum vult arguere, tenetur enim probare commendationem aliter se habere, & veritati adversari; 2) ex malo animo & calliditate eam esse profectam, *L. 37. ff. d. dol. mal;* 3) eaque aliquem inductum esse, ut huic clam pauperi pecuniam crederet, qui pro divite est falso proclamatus ac commendatus, 4.) & magnum etiam ex eo aliquem pati damnum & laesionem non modicam *L. 7. fin. ff. d. dolo mal.* quod falsa commendatione deceptus pecuniam crediderit ei, qui non est solvendo. *MEV. P. 6. Dec. 156. jung. Decis. 38. P. 9.*

§. 35.

## §. 35.

Promissio *pro certo fine* cum commendatione facta *extra illum* non obligat; vis enim obligandi non est extendenda ultra animum promittentis & extra finem promissi. *Vid. MEV. Decif. P. VIII. Dec. 121. p. 1086. ubi & casus.*

## §. 36.

Si quis *Specialem* qualitatem in re vendita prædicat, cuius intuitu rem *charius* vendit. *L. 43. d. contrah. emr.* ea deficiente, ad damnum cui commendaverit rem, præstandum adigi potest.

## §. 37.

In commendatione *speciali* semper aliqua intercedit *petitio*, de favore personæ commendatæ exhibendo & præterea animus obligandi, qui in consilio deficit. *L. 47. ff. d. R. I. L. 2. §. fin. ff. mandati.*

## §. 38.

Cum *L. 32. ff. Mandat. toties concedat mandati* acti-  
nem, quoties ob damnum mandatario præstandum man-  
dantis interesse incipit *L. 6. 5. ff. eod. L. 21. §. fin. leg. 28.*  
*ff. de Negotior. gestione*, sequitur, actionem mandati *ob speci-*  
*alem* commendationem, etiam tunc locum adversus man-  
dantem habere, si commendatus fidem non adimpleat.  
*LYNCK. disp. d. Commendatione speciali cap. 1. th. 7.*

## §. 39.

Licet mandans directo & *principaliter* mandatario te-  
neatur; commendans tamen *in subsidium* tantum obstrin-  
gitur ei, ad quem direxit commendationem. *LYNCK.*  
*Cap. 1. th. 7. Cap. IV. th. 12.*

H

SEC.

SECTIONIS III.

SYNOPSIS

INDUCIARUM, QUAE NONNULLAS LITTERAS CAMBIALES COMITANTUR.

- §. 1. Descriptio *Induciarum* litterarum cambialium, earumque variae denominationes.
- §. 2. Litterae quidem cambiales dies discretionis admittere non videntur.
- §. 3. Sunt tamen variae rationes, quae eosdem dies commendant.
- §. 4. Iure Camb. *Guelpherbyitano* recensentur casus, in quibus dies discretionis non admittuntur.
- §. 5. Iure camb. *Regis Borussiae* eosdem dies certis in casibus etiam exulant.
- §. 6. Certis in casibus *Francofurti* ad Moenum induciae hae cessant.
- §. 7. Item Iure cambiali *Bremano*.
- §. 8. In *Bohemia & Austria* dies discretionis certis in causis quoque inadmissibiles sunt.
- §. 9. Quando *Augustae Vindelicorum, Norimbergae, Vratislaviae* & in Ducatu *Württembergico* induciis in cambiis non locus datur.
- §. 10. *Lipsiensis, Altenburgica, Vinariensis, Gothana* cambiales Ordinationes dies discretionis non admittunt; *Onoldebaceusis* autem saltem eos permittit, si possessor cambi consentiat.
- §. 11. *Elbingensis* ord. cambialis eosdem discretionis dies in variis casibus excludit.
- §. 12. In *Palatinatu* autem *Electoralis, Ducatu Inliacensi & Bergensi* ac *Francofurti* cambia propria etiam fruuntur diebus discretionis.
- §. 13. Discretionis dierum concessio est *singulare jus*, quod in casibus determinatis saltem obtinet.
- §. 14. Cambia trassata vel indossata extra nundinas iure *Regis Borussiae* fruuntur tribus diebus discretionis & de Cambiis ab *Usu* ibid. spectatim agitur.
- §. 15. *Hamburgi* duodecim dies discretionis in cambiis sunt constituti. Si cambium a<sup>1</sup>veniat post terminum solutionis iure *Moscovitico* dies ultimus solutionis est primus discretionis dies.
- §. 16. *Augustae Vindelicorum* cambia die *mercurii* solvenda dumtaxat diebus discretionis fruuntur.
- §. 17. *Argentorati* cambia extra nundinas decem discretionis dies permittunt



- §. 18. Ubi ex multis ordinationibus provinciarum & emporiorum *dies discreti-*  
*nis* recensentur.
- §. 19. De diebus VI. discretionis *Norimbergæ.*
- §. 20. De illis & ibidem.
- §. 21. Quibus casibus *tres dies* discretionis in Ducatu *Brunsvicensi*, & quando non obtineant.
- §. 22. De diebus discretionis *Bremæ.*
- §. 23. De discretionis diebus *Bobemicis, Austriacis & Viennensibus.*
- §. 24. De iisdem diebus in Ducatu *Wurtembergico*, quando obtineant, vel minus.
- §. 25. De iisdem diebus in *Palatinatu Elect. Duc. Iuliacensi & Bergenfi.*
- §. 26. *Francofurti ad Moenum* etiam in cambiis *trassatis* dies discretionis usu valent.
- §. 27. In tractu *Hesso-Hanuoviensi* tres dies discretionis valent.
- §. 28. *Roterodami* sex dies discretionis observantur.
- §. 29. *Mittelburgi* cambiis *trassata & propria* sex diebus discretionis gaudent.
- §. 30. Iure *Suetico* olim duodecim, hodie autem *sex dies* discretionis obtinent, & quo casu ibi exulent, refertur.
- §. 31. Iure *Elbingensi* tres vel septem dies discretionis sunt præscripti.
- §. 32. Iure *Dantiscano* etiam *decem dies* discretionis sunt indicati.
- §. 33. In *Moscovia* occurrunt *decem dies* discretionis, & tres, & quando isti cessent.
- §. 34. *Colonia Agrippinæ* sex dies discretionis sunt stabiliti.
- §. 34. De diebus discretionis in *Dynastia Ieverana.*
- §. 36. *Negatis* discretionis diebus, debitor eorum usum probare tenetur *lege.*
- §. 37. Dies discretionis maxime in favorem *debitorum* sunt indulti.
- §. 38. Præsentans vel indossatarius *trassato* vel indossato ultra dies *honorarios* seu discretionis dilationem concedere nequit.
- §. 39. Dies *nundinarum & discretionis* magistratus *Bulsanensis* cum consensu contrahentium potest prolongare.
- §. 40. *Acceptans* cambium diebus discretionis *renunciare* potest, & creditor solutionem *ante eodem* acceptare tenetur.
- §. 41. Nihilque interest, qua ratione solutio plene fiat.
- §. 42. Re integra etiam elapsis discretionis diebus solutionem recipere tenetur creditor.
- §. 43. Post dies discretionis *solutione non secuta*, protestatio est interponenda; jubent & *leges*, ut ea intra dies honorarios fiat.
- §. 44. Solutione cambii denegata, ad autorem revertentibus cambii litteris inseri convenit *quot diebus discretionis* usus sic acceptans.
- §. 45. Dies discretionis currunt de momento in momentum.

- §. 46. Cambia ad nundinas solennes directa diebus discretionis *hand gaudent*, v. gr. in nundinis emporiorum Regi Borussiz subiectorum *Vratislaviae Francofurti, Regiomonti & Magdeburgi.*
- §. 47. Item in *Lipsiensibus* nundinis.
- §. 48. Item in *Brussuicensibus.*
- §. 49. Item *Francofurtanis* ad *Moenum.*
- §. 50. Et in *Argentoratensibus.*
- §. 51. Quando solutio *prima* nundinarum hebdomade exigi quaeat.
- §. 52. Si cambium *novum & antiquius* in nundinis concurrant, bene tamen solvit *volens.*
- §. 54. Debitor *ante diem peremptorium* ad solvendum *iudicialiter* compelli non potest,
- §. 55. Iudex male agit ante terminum peremptorium debitorem *cambialiter citans*, &c.
- §. 56. Neque debitor *iudicialiter citatus* comparens renunciat privilegio nundinarum.
- §. 57. Solutione in der *Zahlwoche* facta ante diem peremptorium, si praesentans I. *Indossatarius* deinde fallit, non obstat solventi exceptio *non expectati termini ultimi.*
- §. 58. Si *particularis* fiat solutio, ea cambii est subscribenda.
- §. 59. Qua *subscriptioe neglecta* peccant mercatores.
- §. 60. Quid agendum *summa* cambii *soluta & litteris* non redditis.
- §. 61. Deficientibus cambii litteris & a creditore *schedula cassatoria* debitori data non amplius jam *extante*, si deinde ex cambio *reperito* agatur ab heredibus, num actio procedat? Quæritur.



## SECTIO III.

DE

INDUCIIS, QUAE NONNULLAS LITTERAS CAMBIALES SOLVENDAS COMITANTUR.

von Discretions- oder Respect-, Respit-Respir-Tägen.

## §. 1.

Induciæ nobis hic sunt spatium, quo creditoris persecutio *adversus debitorem* in solvendis litteris *cambialibus* etiam post solutionis termini lapsum *lege* suspenditur in cambiis extra nundinas. Hæ enim sunt certi dies, quibus non modo creditoris *exactio* adversus debitorem cambialem post terminum solutionis legibus cambialibus adhuc suspenditur, sed et intra eos a possessore cambii *protestatio* suspendi potest. Dies isti dicuntur quoque *Nach- oder Ehren-Tägen*, *jours de faveur*, *giorni di rispetto*, *dies reverentiales*, *dilatorii*, *adjecti gratiosi*, *Vergünstigungs-Tägen*, und sind entweder den Acceptanten des Cambii, daß er sich noch nicht der Annnehmung halber erklären darf, und auch wohl das Geld anschaffen kan, oder den Inhaber des Wechselbriefs zum besten gesetzt, daß dieser sowohl mit dem Protestiren als Beytreibung der Wechsel-Schuld ohne Gefahr Anstand nehmen kan. Varias cogitationes de *discretionis diebus* etiam beatus SIEGELIUS in der Einleitung z. *Wechsel-Recht. p. m. 116.* protulit.

H 3

§. 2.

## §. 2.

Litteræ quidem cambiales ob exuberantiam *fidei*, tacitamque debitoris *renunciationem* dilationis ac procrastinationis, die præfixo *sine mora* sunt exsoluendæ, modo exactor omnem exhibeat diligentiam et *protestationem*, quoties is, qui solvere debet, officium non adimpleat, *confestim interponat*; quodsi hoc negligat, *auctorem* suum e lite dimittere videtur, vel si nudi *mandatarii* in eo sustineat officium, *eidem* omne interesse præstare tenetur. Vid. IO. CHR. FRANCK disp. de *Induciis ad litteras cambiales solvendas, earumque termino addi solutis, vulgo Discretionis - Tagon, §. 14.*

## §. 3.

Verum enim vero variæ rationes magni momenti alibi extitisse videntur, quæ suaserunt, quin imperarunt, ut *inducie* etiam iis, qui cambialia exsolvere tenebantur, indulgerentur. Nam in illis plateis, ubi frequens erat campforum numerus et major collyborum copia conflabat, ibi in exigendis vicissim exsolvendis pecuniis labor et tempus haud exiguum requirebatur. Deinde si quis, cambiis ab acceptante præter expectationem destitutis *honoris causa* satisfacere cuperet, eidem etiam aliquo ad honorandum propositum spatio opus est; atque adeo in *Emporiis* plerisque in commodum *mercature* et *negotiationis* cambialis, primum paucorum *consensu*, deinde *plurium* usu, porro *consuetudine* tantum non generali sensim paulatimque placuit, *inducias aliquot dierum*, debitoribus collybisticis indulgere, quam consuetudinem fac-

DE INDUCIIS LITTERARUM CAMBIALIUM. 63

fuccedente tempore leges cambiales variis modis adpro-  
barunt et constabiliverunt. FRANCK. *disp. cit.* §. 16.  
*et* 17.

§. 4.

Iure autem cambiali GUELPHERBYTANO induciæ,  
feu *discretionis dies* expulsi sunt 1) in cambiis *nundinali-*  
*bus* 2) quæ demum *post tempus* solutionis adferuntur,  
vel 3) quæ *extra nundinas a Vista* solvi debent, 4) vel in  
cambiis *propriis* ad ipsum debitorem directis, vel 5) a *pe-*  
*regrinatore* ad acceptandum solvendumque offeruntur, in  
quibus vero nullus solutionis præstandæ dies præfixus  
est, sed vel statim aut intra 24. horas sunt exsolvenda.  
Elaudati juris *articulus* xxvi. de his enumeratis casibus  
ita constituit: Wenn aber ein solcher *Messwechsel* erst  
nach der Verfallzeit, item wann ein Wechselbrief *zwi-*  
*schen den Messen* einlaufft und *a Vista* oder von dem Aus-  
geber, wie in xxiii. art. vermeldet worden, *auf sich selbst*  
gestellt, oder auch von einem *Reisenden* præsentiret wird,  
und darinnen keine Zeit benennet ist, muß er sofort,  
oder doch längstens innerhalb 24 Stunden, wenn anders  
des *Reisenden* Gelegenheit leidet, sich so lange zuverwei-  
len, ohnfehlbar bezahlet werden.

§. 5.

Quodsi solutio acceptandi, *visis litteris cambialibus*  
statim iniuncta sit, tunc permultis legibus cambialibus  
cautum, ut præsentans acceptanti non majus quam *viginti*  
*quatuor horarum* spatium ad solutionem præstandam in-  
dul-

